+

quavis omnibusq et singulis eorundem Utilitatibus, et Usufructibus tenebit, habebit, et possidebit, illisq quiete et pacifice Uti fruetur ad extrema duntaxat Vitæ suæ tempora. Post fata Vero Generosæ Annæ Gluzicka præfatæ Consortis suæ, ex tunc prædicta bona et res generaliter omnes Inscriptioni præsenti subiectæ morte prædicti Mariti sui derelinquenq ad Successores Mariti sui sine quovis impedimento et Contradictione successorum prædictæ Consortis suæ totaliter et plenarie devolventur. Similiter quoq Si prius præfatam Generosam Annam Gluzicka Consortem suam quam ipsum Generosum Albertum Micowski, maritum suum mori Contigerit, ex tunc idem Maritus bona suprascripta generaliter omnia morte prædictæ Consortis suæ derelinquenda cum omni Iure Dominio proprietate tenebit habebit et possidebit, illisq quiete et pacifice ad extrema duntaxat Vitæ suæ tempora Uti fruetur. Post mortem Vero et de hac luce decessum eiusdem mariti sui ex tunc bona suprascripta morte eiusdem Consortis derelinquenda ad Successores suos sine quovis impedimento et Contradictione Successorum Mariti sui totaliter et plenarie devolventur. His suis præsentibus personalibus recognitionibus ad præmissa omnia et singula mediantibus. 2037

Micowski Consti Debet 1250

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosus Albertus Micowski, Sanus mente et corpore.

existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis
quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero
Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad
actum modernum attinet, seum, successoribus ac bonis
2030 suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporan-
de atq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum
recognouit. Quia ipse Generosae Annae Generosi Alexan-
dri Gluzicki cum olim Generosa Zophia Przybyłowska
Consorte ipsius legitima procreatae filiae sui vero Reco-
gnoscentis Consorti legitimae et eius successoribus summam
Mille Florenorum Polonicalium monetae et numeri in Re-
gno currentis quemlibet Florenorum grossis Triginta com-
putando et numerando, certi, veri, iusti, et liqui debiti ma-
tuatiq[ue] apud ipsam per se Recognoscentem pecuniae tene-
tur atq[ue] debet. Quam quidem summam suprascriptam Mil-
le Florenorum Polonicalium, idem suprascriptus Recogno-
scens Generosus Albertus Micowski se suosq[ue] successores
in et super bonis suis generaliter omnibus, haereditariis
et obligatoriis, mobilibus et immobilibus summisq[ue] pecuni-
ariis quibusuis habitis et habendis suprascriptae Genero-
sae Annae Gluzicka sui Recognoscentis Consorti legiti-
mae eiusq[ue] posteris hinc et ab actu praesenti pro die et festo
Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immedi-
ate venturo, realiter et in effectu soluturum, et coram
officio Actisq[ue] praesentibus Castrensibus Capitanealibus Prae-
misliensibus reponiturum et relicturum, repositamq[ue] et
relictam, rursus ab eodem officio non effide instanturum
nec arrestaturum, vel quouis alio modo solutionem sum-
mae eius praepediturum et impugnaturum inscribit et
obligat praed.

obligat praesentibus. Talique sub alio simili summa Mille Florenorum Polonicalium per eandem recognoscentem sive eius posteros supramemoratae Consorti suae vel eius successoribus, ob non stabilitionem summae praefatae pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, summaque ipsa principali non soluta solvenda. Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Albertus Micowski sive eius successores. Ad instantiam praefatae Generosae Annae Chrzqdu Consortis suae legitimae, sive eius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense ex hunc re casu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuriparere respondere vadium praetactum luere Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ad suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate, successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praesertim ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non 2039

+

recipiendo nullasq motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pænis simplicibus vel duplicatis, Euasionibus, suspensionibus, fatalitr Iuris præscriptione Iaveshi bello Conuentioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis, non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

2040

Modrzeiowski suo pro interesse Roborat R. Skopowski.

1255

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosus Andreas Modrzeiowski Pocillator Siradiensis Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq Suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni quo ad actum præsentem attinet Seum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere, publice ac perexpressum recognouit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat præsentibus Contractum certum interse Recognoscentem ab una et Religiosum Ambrosium Skopowski de obseruantia # totumq Conuentum eundem in bonis Oppidi Wielkie Oczy Terra et Districtu Belzensi iacen et consisten parte ab altera ratione certarum et Conditionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data illius in bonis Oppidi

Sancti Dominici